✠

3

FORMULA
RESCRIBENDI IN CAUSIS,
QUÆ PER VIAM APPELLATIONIS,

RECURSUS,

AUT ALIAS IN TRIBUNALI

ILL.^MI D. NUNCII

IN HIS HISPANIARUM REGNIS

INTRODUCUNTUR;

JUXTA STYLUM FORI,

ET FACULTATES ILLI CONCESSAS:

Cum Superiorum Permissu.

Madridii , ex Officina ANTONII SANZ. An. 1736.

PERILLUSTRI DOMINO

D. ALEXANDRO GUICCIOLO

NUNCII PONTIFICII IN CURIA MATRITENSI

(UTI VOCANT) AUDITORI,

UTRIUSQUE JURIS CONSULTISSIMO,

ET INTEGERRIMO VIRO.

CUM rescribendi Formulas, quæ receptæ sunt in Pontificii Nuncii Tribunali, publicare audeam; nescio quidem quam abs te gratiam initurus sim, cùm & harum Formularum usum habeas eximium, & totius Juris peritissimus sis. Certè reliquos omnes factum hoc meum non improbaturos esse, spero, imò confido. Memini enim GN. illum Flavium, qui arcanas Formulas, & Fastos Pontificios ab Appio Claudio in librum collectos evulgavit, rem Populo adeo gratam fecisse, ut & Tribunus Plebis factus fuerit, & Senator, & Ædilis curulis, teste J. C. Pomponio libro singulari Enchiridii. Sed cum in mentem venit Formulas hasce, collectas digestasque fuisse

ab amico tuo Juris utriusque peritissimo; tantum abest ut verear à te improbatum iri factum meum; ut si fortè acciderit, eum virum humanissimum subirasci mihi propterea quod istas Formulas typis excuderim; sperem te placaturum mihi illius animum. Eam ob caussam ad te confugio, & tuæ clientelæ me totum trado. Deus Optimus Maximus te diutissime sospitet justitiæ æquitatisque bono, & incolumitati. Mantuæ Novæ in Carpetanis Kalend. Januar. An. 1736.

Tibi addictissimus Cliens

Antonius Sanz.

IN

IN CRIMINALIBUS.

QUando Reus appellat à Sententia Ordinarii, qua condemnatus fuit in pœnas exilii, & forſan alias, in Decreto admiſsionis appellationis dicitur:

Ponga Poder, y denſe Letras. Servata forma Motus proprii Pii IV. & V. Pio IV. *conſ.* 52. & Pio V. *conſ.* 24. *Cum ſicut accepimus.*

Quando appellatur ab injuſta carceratione apponitur clauſula, *Firmo manente Reo in carceribus*, & ſi carceratio facta eſt in aliquo loco ſacro, vel prorrogatur ad oppidum, vel Villam carcerati apponitur, *Firmo manente Reo in carceribus in quibus reperitur.* D. Salgad. *de Reg. Protect.* 2. *part. cap.* 4. *à num.* 40. *&* 258.

Judex ſuperior an, & quomodo poſsit inhibitionem expedire, & quæ requirantur. D. Salgad. *de Reg.* 2. *part. cap.* 10.

Quando appellatur à Decreto torturæ,

cum

cum ſit pœna corporis afflictiva, in admiſsione hujus appellationis, nulla ponitur clauſula præſervativa juriſdictionis; nam hujuſmodi Sententia reputatur diffinitiva. D.Salg. *de Reg. part.2. cap.1. à num.98. & ſeqq.*

Et quod appellationi à Decreto torturæ, ſi eſt frivola, Judex non teneatur deferre, vide D. Salg. *de Reg. 3.part. cap.6. num.43.* diciturque frivola quando in proceſſu apparent legitima indicia, & ea non purgantur in termino, taliter, ut evidenter frivola cognoſcatur, *num.54. & 55.* non vero ſi dubia ſint, ſivè in jure, ſivè in facto, *num.64.*

VISITA.

QUando appellatur à Decretis factis in Viſitatione, vel ea, quæ concernunt morum correctionem, apponitur clauſula *Non retardata executione, vel viſitatione.* Conc. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 10.* Scaccia *de Appell. part. 17. lim. 26.* D. Salg. *de Reg. part.1. cap.2. §.5. à num.10. & part.2. cap.15. num.50.*

Li-

Limit. Si judicialitèr procedatur, citata parte, quia tunc nulla apponitur clausula. D. Salg. *de Reg. 2. part. cap.15. n.61. & 62.*

Limit. Si Visitator limites visitationis excesserit. *dict. cap. 15. num. 65. & part. 4. cap. 3. num.17.*

TESTAMENTI EXECUTIO.

SImilitèr quando agitur de adimplemento piorum operum.

SEQUESTRO.

QUando appellatur à sequestratione bonorum in causa criminali facta, nulla apponitur clausula, præcipuè si hujusmodi sequestratio facta est in ingressu judicii cum sequestratio à jure sit prohibita. D.Salgad. *de Reg. 2. part. cap.16. à num.1.*

Limit. Si appellaretur à descriptione bonorum, ut eorum habeatur notitia, tunc apponitur clausula *Non retardato mandatu.* D. Salg. *de Reg. part.2. cap.16. num. 40.*

Quan-

Quando etiam Reus appellat in aliquo articulo, vel Decreto (etiam reparabili per diffinitivam) ſimplicitèr, & ſine aliqua præſervatione admittitur, dummodò tamen de aliquo gravamine ſibi illato doceat, quod ſemper remanet arbitrio reſcribentis, alioquin apponitur clauſula *Non retardato proceſſu.* Vide Veſtr. *in Praxi. lib.3. cap.* 10.

Quando in ſimilibus cauſis Judex à quo pro executione ſuorum Decretorum, Cenſuras Eccleſiaſticas relaxavit, ſi appellatio admittitur ſine aliqua clauſula præſervativa juriſdictionis, conceditur abſolutio temporalis, prout inhibitio. Hæc Sententia cautè ne clauſulæ præſervativæ adverſetur. D. Salg. *de Reg.* 2. *part. cap.* 5. *à num.* 1.

Quando appellatur à mandato de carcerando, vel de perſonalitèr comparendo, apponitur clauſula *Non retardato mandatu.* D. Salgad. *de Reg.* 2. *part. cap.* 4. *num.* 255.

IN

IN CAUSIS BENEFICIALIBUS.

QUando appellatur à provisione, seu collatione Beneficii in concursu, si Beneficium sit liberæ collationis, apponitur clausula *Servata forma Concilii Tridentini*, seu *Non retardata executione.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 9. *in Annotat. num.* 209. Et procedit in Beneficiis patrimonialibus curam animarum habentibus; *idem ubi proximè num.* 184. & in omnibus generalitèr quando non tractatur de pertinentia Patronatus. Salg. *de Reg.* 2. *p. cap.* 13. *à n.* 167.

Limit. Quando agitur insimul de pertinentia inter præsentatos, vel Patronos juris Patronatus, Laicorum, Ecclesiastici, vel mixti, quia tunc nulla apponitur clausula. Barbos. *de Parr.* 1. *part. cap.* 2. *num.* 174. Duran. *decis.* 160. Burat. *decis.* 625.

Limit. Quando appellatur à præsentato habente plures voces, quia tunc non apponitur clausula; Rot. apud Farin. *tom.* 2. Posth. *decis.* 156. quod intelligit D. Salgad. *de Reg.* 3. *part. cap.* 9. *num.* 154.

Quando Sententia expreſsè enumerando, confutat numerum, minorem partem habenti, alias Sententiam non dici ſuſpenſivam appellationis, etiam ſi appellatio interponatur ab eo, qui plures voces habeat.

Quando appellatur à collatione, ſeu proviſione Beneficii ſine cura, vel à collatione, & poſſeſsione Capellaniæ, ſi judicialitèr proceſſum eſt, nulla apponitur clauſula, quia appellatio continet utrumque effectum ſuſpenſivum, & devolutivum. D. Salg. *de Reg.* 2. *part. cap.* 13. *num.* 156. Si autem jure devoluto provideatur à ſuperiore, tunc apponitur clauſula *Non retardata executione.* Idem 3. *part. cap.* 11. *à num.* 35. Ubi de ratione diſparitatis, *num.* 47.

Limit. Quando Epiſcopus, ſpreto Patrono, Beneficium confert, tunc, nulla apponitur clauſula. *dict.* 3. *part. cap.* 9. *num.* 129.

Limit. Quando appellatur à Sententia Metropolitani, ſeu alterius Judicis, revocatoria electionis prius factæ ab Ordinario in concurſu ad Parochialem, tunc enim appellatio continet utrumque effectum. Barboſ. *in*

Col-

Collect. ad Conc. Trid. *sess.* 24. *de Reformat. cap.* 18. *num.* 156. Gonz. *ad reg.* 8. *gloss.* 6. *num.* 162. *usque ad* 219. D. Salg. *de Protect. part.* 2. *cap.* 13. *num.* 201.

Sublimit. Si Judex Ordinarius non elegit, nec Sententiam protulit, nec unum ex oppositoribus in possessionem misit, ex eo forsan, quia retineatur causa in suo Tribunali, ad quod appellationis causa, ab aliquo articulo fuit devoluta, nam tunc Sententia Metropolitani, vel superioris Judicis exequenda est, & non admittitur appellatio suspensiva. Gonz. *dict. gloss.* 6. *num.* 222.

Quando appellatur à mala relatione Examinatorum in Parochialibus, etiam si Examinatores discordes sint, non datur appellatio suspensiva ab electione Episcopi. D. Salg. *de Reg. part.* 2. *cap.* 13. *num.* 202.

Limit. Quando appellatur à mala relatione ab eo, qui solum à Patronis fuit præsentatus, nam tunc nulla apponitur clausula cum appellatio contineat utrumque effectum. *dict.* 2. *part. cap.* 13. *num.* 206.

Limit. Si forma Concilii servata non fue-

rit, aut jus Patronatus contemtus fuerit. *dict. cap.* 13. *num.* 209.

Limit. Si appellatur à non admiſsione, tranſacto termino edicti, ſi res eſt integra, quia tunc utrumque effectum habet, etiam in Parochialibus. *dict. cap.* 13. *num.* 271.

LITERÆ APOSTOLICÆ.

QUando appellatur à ſententia, ſive collatione facta vigore literarum Apoſtolicarum, apponitur clauſula *Non retardata executione.* Gonz. *ad reg.* 8. *gloſſ.* 9. *in Annotat. num.* 220. D.Salg. *de Reg.* 3. *part. cap.* 3. *num.* 6.

Limit. Quando literæ Apoſtolicæ habent clauſulam *Vocatis vocandis*, quæ dicitur *De impetra*, quia tunc Judex non procedit, ut merus Executor, & cauſa eſt ordinaria, & ut talis appellabilis quoad utrumque. Gonz. *ad reg.* 8. *gloſſ.* 9. *in Annot. num.* 226. Ubi plures alias limitationes adducit D. Salgad. *de Reg. part.* 2. *cap.* 13. *num.* 48. *&* *cap.* 14. *num.* 36.

Nota vero quod etiamſi in commiſsione appo-

apponatur clausula *Vocatis vocandis*, tunc demum Executor fit mixtus, si adest Contradictor; si vero Contradictor non adfuerit, potest extrajudicialitèr procedi. D.Salg. *de Reg. dict. cap.13. num.51.*

DE SEQUESTRO IN BENEFICIO.

QUando appellatur à sequestro facto fructuum, & redituum Beneficii, eò quòd vacaverit in mense Pontificio reservato, tunc apponitur clausula *Non retardata executione, seu sequestro.* D. Salg. *de Reg. part.2. cap.6. num.18.*

Quando appellatur ab àsignatione congruæ Vicario asignatæ, apponitur clausula *Non retardata executione.* Trid. *sess.7. de Reformat. cap.5. & 7.* D. Salg. *de Reg. part. 3. cap. 2. num. 1.*

Quando appellatur à Sententia Ordinarii, declarante Beneficium vacasse propter obtentionem secundi incompatibilis, apponitur clausula *Non retardata executione.* D. Salg. *de Reg. 3. part. cap.7. num.6.*

Quan-

Quando appellatur ab institutione facta vigore literarum Apostolic. ab eodem Illustrissimo Nuncio ad præsentationem Patroni expeditarum, tunc si alter, ut Patronus, vel pro alio interesse venit; nulla apponitur clausula in ejus admissione cùm agatur de præjudicio tertii, & talis institutio fiat ab Illustrissimo concurrendo cum facultate Ordinarii, non est executiva, ita non erit ea, quæ vigore dictarum literarum emanaverit.

Similitèr quando appellans asserit se existere in possessione annali, vel triennali talis Beneficii, vel habere aliquem titulum saltem coloratum, tunc appellatio operabitur utrumque effectum, etiamsi vigore literarum Apostolic. institutio facta fuerit.

Vel etiam quando pari titulo, vigore nempè provisionis Apostolicæ SS. D. N. P. vel per Illustrissimum facta respectivè per partes prætenditur, nam tunc potius agitur de validitate tituli, quę de alia provisione, seu executione, & causa efficitur ordinaria, nullaque apponitur clausula quando pars, quę sentit se esse gravatam in executione alterius tituli recurrit.

Adde

Adde etiam quando allegatur causam super Beneficium coram Ordinario introductam esse, & hujusmodi literæ Apostolicæ exortæ fuerint, & alicui Judici executori præsentatæ, quia tunc nulla apponitur clausula cum Pontifex non committat causas in partibus pendentes. Vestr. *in Prax. lib. 3. cap. 8. in princip.*

Appellatus potest sequi causam appellationis per audientiam contradictarum, etiam non citato appellante, quia iste debuit sibi præcavere, & suam appellationem vigilare. Vestr. *in Prax. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 6. & quomodo debeat procedi quando Reus comparet, actor vero non, vid. *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 2.

Quando aliqua pars obtinuit causam per commissionem, quæ per brevia expeditur Judici in partibus residenti, committi, & altera pars causam suspitionis cum juramento proponit, tunc expediuntur literæ reformationis, & dicitur: *Dense letras de reformacion, re integra.*

Quando appellatur à Sententia, & pars non vult virtute suæ appellationis acta transportate dicitur: *La parte de N. use de su des-*

pa-

pacho dentro de ✠ dias, que ſe le dàn por termino peremptorio.

Suele prorrogarſe otro termino; y paſſado, ſi no lo ha hecho, ſe dice: *Remiteſe al Inferior, para que execute ſu Sentencia*; y ſe alza la inhibicion. Pareja *de Inſtr. edit. tom.* 1. *tit.* 3. ℣. 3. *num.* 40. *cap. Sæpè, de Appellat. & ibi gloſſ. verb. deciſ.* 2. *de Appellat. in antiq.* Veſtr. *in Prax. lib.* 6. *&* 8. *cap.* 2. *num.* 4. Bonus text. *in leg.* 30. *tit.* 5. *lib.* 2. *Recop.* ibi: *Con apercibimiento, que ſi dentro, &c.* Conducit. D. Salg. *de Reg. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 147. *&* 148.

Tambien ſe dice: *Deſe mandamiento conforme à eſtilo.* Aliud remedium dari poteſt, nempè quod appellatus compareat coram Judice à quo, ut appellanti præfigat terminum ad appellationem proſequendam cum comminatione Sententiam exequendi, quod facere poteſt. Veſtr. *in Prax. lib.* 7. *cap. ult. num.* 3. Hoc autem intelligendum eſt, dummodò tempore conceſsionis Apoſtolorum, terminus præfigatur, alias ſi tunc terminus non ſit præfixus, Judex à quo poterit præfigere. Ut ibidem Veſtr. Vide Salg. *de Reg.*

MÀ-

OMnes ut in plurimum ſunt ordinariæ, nihilominùs in eis dantur aliquæ Sententiæ interlocutoriæ executivæ in quibus ſic reſcribitur.

Quando in cauſa nullitatis ex impotentia naturali appellatur à Decreto per triennium cohabitandi, apponitur clauſula, *Non retardata executione*.

Quando in ſimilibus cauſis appellatur à Decreto alimentorum non Jure actionis, ſed ex officio Judicis aſsignatis, tunc apponitur clauſula, *Non retardata ſolutione alimentorum.* D. Salg. *de Reg.* 3. *part. cap.* 10. *num.* 13.

Quando appellatur à Sententia augente alimenta apponitur clauſula, *Non retardata ſolutione alimentorum.* D. Salg. *de Reg.* 3. *part. cap.* 1. *num.* 39.

Etiamſi antea alimenta ſint aſsignata, & approbata, quia Sententia intelligitur, *Rebus ſic extantibus.*

Limit. Quando à divite peterentur. D. Salg. *de Reg.* 3. *part. cap.* 1. *num.* 9.

Limit. Quando alimenta peterentur Jure actionis. D. Salgad. *dict. cap.*1. *num.*13. Qui deviat à communi opinione cum distinctione naturalis obligationis per contractum subsecutum, vel si contractus naturalem obligationem non novaverit; in primo appellationem suspensivam concedit, in secundò negat.

Limit. Quando appellatur à Sententia alimentorum præteritorum. D. Salg. *de Reg.* 3. *part. cap.*1. *num.*10. Et dicuntur præterita à die motæ litis, *num.* 11.

Limit. Si simul fiat alimentorum taxatio, & condemnatio, quia tunc respectu taxationis habet locum suspensiva appellatio. Avendaño *in Dictionar. leg. Reg. fol.* 189. verb. *Govierno*, vers. 5. *Procedit*; quamvis contrarium teneat D. Salg. *de Reg.* 3. *part. cap.* 1. *num.* 50.

Amplia, quando appellatur à Decreto de manutenendo in possessione simul cohabitandi; nam tunc apponitur clausula, *Non retardato mandatu de manutenendo.*

Amplia, quando appellatur à Decreto separationis inter eos, qui cum impedimento di-

dirimente, ſeu impediente contraxerunt, nam tunc apponitur clauſula, *Non retardata executione. Cap. Laudabilem. Ut lite pendent.* Veſtrio *in Praxi, lib.* 8. *cap.* 4. *num.*4. Ubi Gravat. *num.*34.

CAUSÆ CIVILES.

QUando aliquis appellat à Sententia condemnatoria (in cauſis civilibus) in cauſa executiva vulgo *de Remate* apponitur clauſula, *Non retardata executione.* D. Salg. *de Reg.* 2.*part.cap.*8. *num.*126.

Limit. Niſi contineat injuſtitiam, vel nullitatem notoriam; & quæ ſit. D. Salg. *de Reg. part.*3.*cap.*9. *num.*20.

Quando appellatur ſimpliciter in cauſa ſuper ſolutione marapetinorum, cum pars plerumque narret verum, ſolet apponi clauſula, etſi actum fuerit via executiva, *Non retardata executione*, aut ſi aliquando eſt turbida, *Sine præjudicio legitimæ executionis, vel ſi quid exequendum fuerit imprimis, & ante omnia exequatur*, in quibus omnibus, ſi non præſerve-

tur jurisdictio Judicis à quo datur absolutio à Censuris per eum relaxatis ad tempus 30. vel 40. dierum.

Quando appellatur in causa salarii famulorum, & operariorum mercedis solvendæ, apponitur clausula, *Sine præjudicio legitimæ executionis*. D. Salg. *de Reg*. 3. *part. cap*. 2. *num*. 84.

Si autem Judex excesserit in taxatione, quia agitur super mercede non conventa, solet à signatura in aliqua parte dari executio, & in alia appellationi simpliciter deferri. D. Salg. *num*.88.

Limit. Si famulus, vel operarius sit dives, *num*. 90.

CONCURSO.

IN causis concursus si Reus appellat, debet apponi clausula, *Non retardata executione*.

Limit. Quando creditor respectu prælationis appellat, nam tunc causa est ordinaria appellabilis.

Quando appellatur à Decreto Ordinarii de residendo apponitur clausula, *Non retardato*

to mandatu de residendo, seu, *Non retardato servitio.* D. Salg. *de Reg.* 2. *part. cap.* 15. Concil. Trident. *sess.* 23. *de Reformat. cap.* 1. D. Salg. tractat quomodo procedendum in causa privationis propter absentiam.

Idem quando appellatur à Decreto Ordinarii, ut Beneficiarius ordinetur secundum ordinem requisitum à Beneficio, quod possidet, nam tunc apponitur clausula, *Non retardato mandatu de Ordinando.* Trident. *sess.* 22. *de Reformat. cap.* 4. D. Salg. *de Reg.* 2. *part. cap.* 15. *&* 3. *part. cap.* 6. *num.* 10.

Limit. Quando exceptio Privilegii, vel causa defensionis Beneficii allegaretur juxta formam Concil. Trid. dicta exceptio non relevaret, nisi fuisset evidens, & notoria. D. Salgad. *de Reg.* 2. *part. cap.* 15. *num.* 25.

In quibus omnibus proceditur omisso medio Metropolitani, aut etiam alterius Judicis, puta quando appellatur à Vicario, *Pedaneo* nucupato, vel à Decretis, & condemnationibus, vulgo *Multas* per capitulum factis.

A Decretis Ordinarii factis in visitationibus, non datur appellatio. Ex Trid. *sess.* 24.

cap.

cap. 10. Scacc.*de Appellat. part.* 17. *limit.*26. *per tot.*

Quando Judex Ordinarius omittit causam intra biennium terminare, in statu conclusionis existentem, aut per eum stat quominùs concludatur, datur Decretum incitativum, ut illas intra certum tempus finiat, & determinet. Trident. *sess.* 24. *de Reformat. cap.* 20. Et quod non requiratur trina monitio, ut causa ab Ordinario possit avocari, sed sufficiat unica, D. Salg. *de Reg.* 2. *part. cap.* 17. *à numero* 29. *&* *de Retent.* 2. *part. cap.* 6.

Quando Ordinarius negligens est in facienda Beneficii collatione præsentato per Patronum per duos menses, tunc, si Beneficium Curatum est, potest adiri Nuncius, ut conferat. D.Salg. *de Reg.* 3.*p.cap.*10.*n.*208.*&* 209.

Si autem fuerit Beneficium simplex, tunc Ordinario præfigitur terminus ultra quod collationem faciat, instituat, vel confirmet, *num.* 211. *&* 212.

Secùs vero elapso biennio, quia tunc dicitur: *Dense letras de Advocacion.* Trid. *sess.* 24. *de Reform. cap.*20.

Nota

Nota tamen quod avocatio non perimet inſtantiam, & ſic Judex ſuperior tenetur ex eiſdem actis judicium terminare. D. Salg. *de Reg.4.part.cap.2. num.65.*

Limit. Quando elapſo biennio per Judicem non ſtetit, quia tunc partes alium Judicem adire non poſſunt. Barboſ. *in Collect. ad cap. Cauſæ omnes, ſeſſ. 24. de Reformat. n. 3.* D.Salg. *de Reg. 2. part. cap. 17. num. 35. & de Retent. 2. part. cap.6. num.6.*

Quando appellatur à denegata juſtitia dicitur: *Denſe letras*; licita eſt hujuſmodi appellatio, & ligat inferioris manus, ita ut procedere in cauſa nequeat, ideoque Decretum non continet præſervationem Juriſdictionis Ordinarii. D. Salg. *de Reg. 2. part. cap.1. à num. 195. & cap. 17. num. 31. & 3. part. cap. 13. num.69.*

Quando Patroni diſcordant in præſentatione, debet cauſa terminari intra tempus à jure conceſſum ad præſentandum, alias devolvitur ad Ordinarium. D. Salg.*de Reg. 2. p. cap.11.num.70.*

Quando pars aliqua extorſit Cenſuras

in forma *significavit* vulgo *Paulinas* , & altera pars recurrit pro illarum reformatione dicitur : *Dense letras de reformacion* , & transportatis actis cum causę cognitione reformantur, vel executioni mandantur.

Similitèr in omnibus casibus , in quibus pars aliqua gratiam , vel Privilegium à dicto Tribunali extorsit , prædictę literę expediuntur , ac transportatis omnibus actis , cum causę cognitione reformantur , vel executioni mandantur.

Quando Regulares appellant super præcedentia in Procesſionibus , vel in aliis actibus publicis , dicitur : *Dense letras servata forma Concilii Trident.* & non admittitur appellatio à Decreto Ordinarii super præcedentia. Trid. *sess.* 25. *cap.* 13. Scacc. *de Appellat. quæst.* 16. *limit.* 6. *num.* 32. *&* 38. Ubi quod quælibet Sententia super præcedentia non admittit apellationem , vid. Salgad. *de Reg.* 2. *part. cap.* 9.

Quando in aliis causis appellatur , juxta formam traditam in qualitate causarum proceditur.

Li-

Limit. Quando causa est super morum correctione nam tunc nullatenus admittitur appellatio. Marescot. *Var. lib.2.cap.35.num.* 131. Secùs quando correctio habet excessum, quia tunc datur appellatio. Scacc. *de Appellat. quæst.17.limit.26. num.* 12. D. Salg. *de Reg.* 4. *part. cap.3. num.*18.

Quando Judex Sæcularis appellat à Sententia in causis Immunitatis Ecclesiæ apponitur clausula, *Dummodò tamen per Judices Sæculares nihil innovetur, alioquin Judex à quoad defensionem Immunitatis procedat*; & licet juxta *Constitut. Gregor. Pap. XIV.* pro Laicis ad Ecclesias confugientibus Sententia in prima instantia lata, appellatione postposita, debeat exequi, nihilominùs, cum dicta Constitutio in his Regnis non sit in usu recepta, idcircò admittitur appellatio, tàm à Sententia in favorem Immunitatis, quàm è contra lata.

Quod etiam procedit quando appellatur à Sententia, quod quis debet gaudere Privilegio Fori Scholastici, vel Ecclesiastici.

Quando appellatur à quibuscumque Decretis factis per Judices conservatores, semper

 sim-

ſimpliciter admittitur qui recurrit, præcipuè ſi dicat talem Judicem non eſſe ſuſcitatum juxta formam *Conſt. Gregorii XV.* quam habes *in lib. Bullar. & Conſt. Apoſt. ſub tit. de Præcedent. & Regul.* Ubi invenies declarat. Sacr. Congreg. circa in jur. manifeſt.

Quando in Epiſcopatu Calagurrit. in quo Conſt. Clem. 8. ſuper proviſ. Beneficior. obſervatur, venit aliquis appellans à reprobatione facta per Judices, ſeu Examinatores Synodales, tunc admittitur quoad utrumque effectum niſi Beneficium curam animarum habeat. Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ. 9. in Annot. num.* 184. & *ſeqq.* D. Salg. *de Reg.* 2. *part. cap.* 13. *num.* 212.

Limit. Si conſuetudo, vel Synodalis Conſtitutio auctoritate Apoſtolica confirmata in contrarium extet. D. Salg. *de Reg.* 2. *part. cap.* 13. *num.* 225. intellige ſecundùm quod notavimus infra *En los atentados.*

Limit. Si Beneficium Patrimoniale curam animarum habeat; nam tunc non admittitur appellatio ſuſpenſiva. Gonz. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 9. *in Annotat. num.* 184. & 197.

Quan-

Quando vero aliquis eorum, (quando relatio Examinatorum est æqualis) venit appellando à Sententia Ordinarii, admittitur cum clausula, *Non retardata executione.*

Limit. Quando dicta relatio fuit æqualis respectu approbationis ad Beneficium simplex, & una pars prætendit debere approbari ad curam animarum.

Judex potest pronuntiari insimul in eadem Sententia super nullitate Sententię Judicis à quo, & illam ex *cap. Nullitatis* revocare, *& ex cap. Justitiæ* (si alias juxta fuerit) confirmare, Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 9. *in Annotat.num.*174. Add. ad Vestr. *Prax.lib.*8. *cap.*1*.num.*35.

Quoties Sententia informatur respectu probationum secundæ instantiæ, aut instrumentorum in ea exhibitorum, apponitur clausula attentis noviter deductis in honorem primi Judicis. Vestr. *in Prax. lib.* 8. *cap.* 1. *in fin.* ubi Addent.

IN CAUSIS PENSIONUM.

IN ſimplicibus Beneficiis non datur congruæ, nec alimentorum petitio contra Penſionarium. D.Salg. *de Reg.* 3. *part. cap.* 1. *num.* 41.

Quomodo procedendum ſit in cauſis Penſionum. D. Salg. *de Reg*. 3. *part. cap.* 3. *n.* 23. *& ſeqq.* Ubi de exceptionibus, quę objici poſſunt in exactione Penſionis.

De reductione Penſionis, coram quo agendum ſit? D. Salg. *dict. part.* 3. *num.* 87. *&* 88.

Quando compenſationis in judicio ordinario reductionis Penſionis, ſeu nullitatis appellatur, apponitur clauſula, *Sine retardatione ſolutionis Penſionis*; ſi vero dicta clauſula non apponitur, poteſt hæc exceptio opponi in executione, quæ eodem tempore vergitur, & ejus prorrogationem impedit. D. Salg. *de Reg.* 3. *part. cap.* 3. *num.* 44. *&* 50.

Quando Penſionarius eſt in quaſi poſſeſſione exigendi, ſi ſuper reformatione quantitatis, nullitate, aut extinctione Penſionis Sen-

ten-

tentia contra Pensionarium feratur, ab eaque appelletur, apponitur clausula, *Sine retardatione solutionis Pensionis*, vel admittitur quoad effectum devolutivum, non vero quo ad suspensivum. D.Salg. *de Reg.*3.*part.cap.*2. *num.*20.

Quando condemnatus appellat à Sententia, qua condemnatus fuit ad solutionem decursorum Pensionis, apponitur clausula, *Sine retardatione solutionis Pensionis*. Vestr. *in Prax. lib.*3.*cap. ult. num.* 3. D. Salg. *de Reg. part.* 3. *cap.*3. *num.*1.

Quod procedit, etiamsi ageretur contra eum, qui non consensit, dummodò Pensionarius existat in quasi possessione exigendi. Loterius *de Re Benefic. lib.*1. *quæst.*38.*num.*74.

Limit. Quando is à quo appellatur asserit se esse condemnatum ad solutionem Pensionis, quam non consensit, & Pensionarius non existit in quasi possessione exigendi, aut narrata in literis Apostolicis non sunt verificata, nam tunc non præservatur Judici à quo aliqua jurisdictio, sed solet apponi clausula, *Sine præjudicio legitimæ executionis, aut reserva-*

tio-

tionis apponendi clausulam si quid exequendum fuerit, exequatur.

Quod intelligendum est si Pensionarius non existat in quasi possessione exigendi; nam existente, apponitur clausula, etiam non servata forma, nec impleta conditione. D. Salg. *de Reg.* 3. *part. cap.*3. *num.* 29. Nisi possessio fuisset turbida, vel solutio fuisset facta metu censurarum.

Quando pro titulari agitur ad augmentum congruæ contra Pensionarium, si per Sententiam augetur non admittitur suspensiva appellatio ab exactione Pensionis cum augmento; apponiturque clausula sine præjudicio executionis, vel admittitur quoad effectum devolutivum, non quoad suspensivum. D. Salg. *de Reg.*3.*part.cap.*1.*num.*23.

Quando quis obtinet commissionem super Pensione, & fructibus Beneficii per ipsum debita, sivè illam nullam dicat, sivè excessivam, apponitur clausula, *Non retardata executione*, seu, *Sine retardatione solutionis Pensionis*; idque ob reverentiam liter. Apostolic. Vestr. *in Prax. lib.* 3. *cap. ult. num.*1.

Li-

Limit. In Pensione reservata ab inferiore, tunc enim non apponitur hæc clausula. Vestr. *in Prax. ubi sup.* Loter. *de Re Benefic. lib.* 1. *quæst.* 35. *num.* 38.

Limit. Si auctorit. Apostolica reservata fuisset, non tamen simpliciter, nec purè, sed sub certa forma servanda, vel conditione implenda, quo casu non esset satis, docere de literis reservationis, nisi de servata forma, & impleta conditione doceretur. Vestr. *in Prax. dict. cap. ult. num.* 1. D. Salg. *de Reg.* 3. *part. cap.* 3. *num.* 26.

Limit. 3. Quando Pensio translata fuit, & non agitur ex primo titulo, sed ex secundo translationis. Vestr. *ibid. num.* 2. Quod procedit, etiamsi titularis semper solverit primo Pensionario. Loter. *de Re Beneficiar. lib.* 1. *quæst.* 36. *num.* 12.

In causa vero appellationis à Sententia executiva semper apponitur dicta clausula. Vestr. *ibid. num.* 3.

Limit. Quando appellans dicit se esse condemnatum ad solutionem Pensionis testamentario, vel hæredi faciendam; nam tunc non

com-

competit via executiva, quia quamvis pensio sit onus reale sequens fructus Beneficii super quibus est imposita; est tamen personalis respectu possidentis eam, quo deficiente deficit via executiva.

Limit. Quando apposita fuit exceptio, quæ ex ventre literarum Pensionis proficiscitur, veluti *Dummodò remaneant centum pro Rectore*, vel *dummodò tertiam partem fructuum non excedat*, quia tunc executor non potest pensionem exequi, non verificata qualitate, et si appellat Reus, nulla apponitur clausula, quia datur appellatio suspensiva. D. Salg. *de Reg. 3.part. cap.3.num.63. ad 69.*

Limit. Quando Pensio constituta fuit super duobus Beneficiis, quæ postmodum ad diversas personas devenerunt, tunc enim nulla apponitur clausula. D. Salg. *ubi sup. num.70.* Ea ratione quia Pensio non est liquida, cum non sciatur quantitas Pensionis, quæ ad unumquodque spectat. D. Salg. *in Labyr. Credit. 2. part. cap.9 num.24.*

Limit. Quando Capitulum appellat à Sententia condemnatoria solutionis Pensionis, ex

eo

eo quod fructus Canonicatus, seu Prebendæ tempore illorum vacationis exegit; quia tunc si Capitulum tempore vacationis literis Apostolicis requisitum non fuit, & fructus inter se divisit, non competit via executiva Pensionario, sed ordinaria respectu personarum ipsius Capituli. Vide congest. à D.Olea *de Cess. Iur. tit.* 5. *quæst.* 14. *à num.* 14. quamvis aliò tendant, quæ ibi traduntur.

Sublimit. Quando Pensio est antiqua, quam antea idem Capitulum persolvit, aut cum literis desuper expeditis requisitus fuit, quia tunc in literis appellationis debet apponi, *Non retardata solutione Pensionis.*

Notandum tamen est, quòd quamvis Judex Ordinarius, tàm ut executor literar. Apostol. quàm via executiva procedens, per suam Sententiam, sive Decretum dicat *Locum non esse executioni literar. Apostolic. sive instrumenti paratam habentis executionem*, non ideo causa efficitur appellabilis, quamvis actor per viam appellationis recurrat; nam tunc, cognito de justitia Decreti, ex integro potest, & debet Judex aditus instrumenta, sive literas,

E appel-

appellatione poſtpoſita, executioni mandare, non obſtantibus dicti Judicis inferioris decretis. D. Salg. *de Reg. 3. part. cap. 4. num. 27. & ſeqq.*

Advertendum tamen eſt quòd in hoc caſu Judex appellationis non debet declarare primam Sententiam nullam, nam tunc propter mixturam appellat. datur. Mareſc. *Var. lib.2. cap.75. num.13. & 14.* D. Salg. *de Reg. 3. part. cap.4. num. 30.*

Y el Decreto ſerà: Auto. *Dixo: Que ſin embargo de lo proveìdo por N. en tantos de tal mes, y año, debia de mandar, y mandò*, ex integro, *que ſe deſpache mandamiento de execucion, &c. con mas las coſtas.* Vel, *Que ſe haga trance, y remate en los bienes executados, y de ſu valor, &c.* como ſe contiene en la Sentencia de remate. Vel, *Que ſe executen las letras Apoſtolicas, y en ſu conformidad, &c.* Y lo miſmo ſi fuere manutencion, ſegun la forma de los Autos abaxo pueſtos, añadiendo ſolo la calidad *Ex integro.*

Et hoc procedit in Decreto inferioris negativo tantum, vel affirmativo, nondum exe-

cu-

cuto. Si autem Decretum fuerit affirmativum, & executioni traditum, tunc Judex appellationis, revocando primam, non poteſt Sententiam ſuam exequi. D. Salg. *de Reg.* 3.*part.* *cap.*4.*num.*48. Carlev. *de Judiciis*, *lib.*1.*tit.*2. *diſp.* 8. *num.* 18. Poſt. *de Manut. obſerv.* 12. *num.* 35. *& obſerv.* 107. *num.* 50. Gratian. *diſcept.*968. *vel* 568. *à num.*1. D.Salg. *de Reg.* 2. *part. cap.* 13. *num.* 186. Gonz. *ad reg.* 8. *gloſſ.*6.*num.*227. Ex quibus, præcipuè duobus ultimis Auctoribus elicitur, quòd ſi Decretum affirmativum non ſit executioni traditum, Judex appellationis, qui eum revocat, poteſt ſuum Decretum exequi, ſi autem executum fuit, tunc Sententia revocatoria admittit appellationem quoad utrumque effectum. Othobon. *deciſ.*58. *vel* 83. *vel* 88. *à numero* 30.

Limit. Quando Judex à quo ex defectu inſtrumenti, puta obreptionis, vel ſubreptionis liter. Apoſtolic. vel conditionis non impletæ, vel aliàs proceſsit, quia tunc donec vitium inſtrumenti ſanetur, non poterit talis executio ſuſtineri, præcipuè ſi vulneravit inſ-

trumentum, & tunc requiritur, quod tres conformes præcedant. D. Salg. *de Reg. 3.part. cap. 3.num. 54.* de conditione, & forma non adimpleta. Vestr. *in Prax. lib. 3. cap. ultim.* D. Salg. *de Reg. 3.part. cap. 3. num. 26.* Et vide notata supr.

Limit. Quando in ingressu judicii, Judex fructus Beneficii sequestrari mandat. D. Salg. *de Reg. 2. part. cap. 16.* ubi quod in casibus à Jure permissis, de quibus per eum.

Fallit, quando vigore executionis literar. Apostolic. mandatum executivum relaxatur, & pro illius observatione fit sequestratio, tunc enim est effectus executionis, & ita in appellatione apponitur eadem clausula, quæ apponeretur si ad solutionem Pensionis appellans condemnatus fuisset, nempè, *Non retardata executione*, seu, *Solutione Pensionis*. Conducit. D. Salg. *de Reg. 3. part. cap. 3. num. 86.*

Fallit, quotiescumque à Canone sequestrum apponi mandatur, quia tunc Judex est legis executor, & à legis executione non appellatur. D. Salgad. *de Reg. 3. part. cap. 6. num. 11.*

No-

Notandum insuper, quòd quamvis D. Illustrissimus Nuncius causas hujusmodi in gradu appellationis definitivæ terminaverit, & de illis vigore commissionis Apostolicæ aliqui Judices cognoscant, si sua commissione excedunt, vel aliquod gravamen inferunt per viam recursus, excessus, aut aliàs, (sicut infrà) proceditur dando illis formam procedendi juxta contenta in facultatibus. D. Salg. *de Reg. 4. part. cap.* 4.

Et quod per viam recursus excessus Judicis executoris possit adiri Ordinarius ut excessum reponat. D. Salg. *de Reg. 4. part. cap. 4. num.* 18.

Et si talis commissio subreptitia, aut per suggestionem extorta fuerit, D. Illustris. Nuncius, ea non obstante ad ulteriora procedit, etiamsi inhibitio sit Rotalis, hoc ita, quia Delegatus habet cognitionem, an sua sit jurisdictio. D. Salg. *de Reg. 2. part. cap. 18. numero 25.*

Et vide notata *in leg. Si quis ex aliena, de Judiciis, cap. Super literis,* ubi Abbas *de Rescript.* D. Salg. *de Reg. 4. part. cap.6.& de Retent.2.p.cap.31. n.61.*

Li-

Limit. Quando inhibitio Rotalis aliquo modo est justificata, vel D. Illustris. Nuncius antea hujusmodi appellationi detulerit.

Si autem inhibitio intimetur post peractam executionem, non revocatur executio antea facta. D. Salg. *de Retent. part.* 1.*cap.* 16.*n.*43. vers. *Ex quo fonte.*

Quando rescriptum duobus, vel pluribus committitur, tunc deficiente uno ex illis, alius procedit, etiam ad instantiam ejus contra quem proceditur, seu rescriptum commissionis obtentum fuit. Si res non est integra. D. Salg. *de Reg.* 1.*part. cap.*3.*à num.*119. *& de Retent.* 1.*part.cap.*10.§.*unic. num.*11.*& seqq.*

An pars obtinens rescriptum super aliquo articulo, si in eo adest clausula, *Una cum toto*, vel alia similis, possit Judex finito articulo procedere in negotio principali ad instantiam rei contra quem obtentum fuit? Affirmativè respondendum. Ex Barbosa *de Clausulis, clausula* 121. *num.* 22. Sed hodie stante dispositione Trid. *in cap.*20.*sess.*24.*de Reformat.* difficulter obtinebitur D. Salg. *de Retent.* 2.*part. cap.*32.*num.*15.*&* 16.

Et quamvis Illustris. Nuncius de causa cognoverit, nihilominùs committit causam Judicis Apostolic. alii Judici, ut per D. Salg. *de Retent.* 2. *part. cap.* 21. *num.* 17. & in suis facultatibus continetur.

Inhibitio Rotalis in causis matrimonialibus contra pauperem non operatur effectum, ex S. C. Trident. *sess.* 24. *cap.* 20. *de Reform.* & in Senatu retinetur D. Salg. *de Retent.* 2. *p. cap.* 31. *num.* 17. idque procedit in miserabilibus personis, *num.* 18.

Inhibitio impetrata post tres conformes, non tenent. D. Salg. *de Retent.* 2. *part. cap.* 31. *num.* 62.

In quibus casibus proceditur remittendo, & dando formam Judici Apostolico ut procedat, præterquam stante inhibitione Rotali, quia tunc dicitur: *Que se inhibe juxta formam commissionis.*

A Decreto Nuncii quod Judici inferiori datur forma procedendi, non datur appellatio suspensiva. D. Salg. *de Reg.* 2. *part. cap.* 17. *num.* 20. *seu* 26. *&* 4. *part. cap.* 3. *num.* 218. Et ideo inferior, cui causa remittitur; procede-

dere poteſt, quod limit. ſecundùm allegata, *dict.cap.17.num. 28. Si hay algun Decreto de atentado, manutencion, ò coſa juzgada, ſe preſcribiò en el de inhibicion.*

IN CAUSIS DECIMALIBUS.

QUando appellatur à Sententia condemnatoria ſolutionis Decimarum, apponitur clauſula, *Non retardata ſolutione Decimarum*; quia regulariter non eſt permiſſa appellatio, *cap. Tua nobis, de Decimis.* D. Salg. *de Reg. 3.part.cap.2. à num.63.* Scacc. *de Appell. quæſt. 17. limit. 18. num. 1. & ſeqq.*

Limit. Quando agitur ſuper eo, cui competant Decimæ inter perſonas Eccleſiaſticas, juris aſsiſtentiam habentes. Scacc. *ubi ſupr. num.3.* D. Salg. *num.77.*

Limit. Quando agitur inter eum, cui jus aſsiſtit, & eum, qui allegat Privilegium. Quando eſt Eccleſiaſticus, D. Salg. *de Reg. 3.p. cap.2. num.75.*

Limit. Inter æqualiter privilegiatos D.Salg. *num.77.* Li-

Limit. Quando Colector Decimarum excedit modum, *ibidem.*

Limit. Inter eum, cui jus aſsiſtit, aut Privilegium oſtendit quando agitur contra Sæcularem poſſeſſorem immemorialem, eam in forma Privilegii allegantem, dixi: *Allegantem* tantum, nam tunc ſufficit ad effectum, quòd Judex ſuperior illum in gradu appellationis admittat.

AUTOS, Y DECRETOS.

DEcretum remiſsionis cauſæ, quod fit Judici à quo, *Quando non gravavit.* Remiſsion. *Quando non gravavit.*

Dixo: *Que reformaba, y reformò las letras de inhibicion deſpachadas por eſte Tribunal, y remitia, y remitiò eſte pleyto, y cauſa à N. de ante quien vino, para que en ella proceda, y paſſe adelante, y haga juſticia à las Partes como hallàre por Derecho.*

A tali Decreto non datur appellatio, D.Salg. *de Reg.2.part.cap.10.n.12.& cap.17.n.27.*

Decretum remiſsionis cauſæ, quod fit Judici à quo *quando gravavit.* *Quando gravavit.*

 Li-

Licet juxta *cap. Ut debitus honor, de Appellationib.* Judex per appellationem aditus poſsit cauſam retinere, & de cauſa appellationis in negotio principali quando inferior gravavit, cognoſcere, D. Salg. *de Reg. 2. part. cap.* 17. nihilominùs de ſtylo, ut finis litibus imponatur, & ne cauſæ immortales fiant, & ſuper quolibet articulo tres Sententiæ conformes exoriantur; cauſę eidem Judici ſub tali commiſsione remittuntur, videlicet.

Decretum. Dixo: *Que reformaba, y reformò las letras de inhibicion deſpachadas por eſte Tribunal, y remitia, y remitiò eſte pleyto à N. Juez, de ante quien vino, para que reponiendoſe de tal Auto, ò para que haciendo, &c. proceda, &c. guardando la forma de proveer que ſe le dà; y eſto ſe obſerve, y guarde, &c.*

Ab iſto Decreto non datur appellatio ſuſpenſiva. D. Salg. *de Reg. 2. part. cap.* 17. *numero* 16.

Et ideo Judex inferior, cui cauſa remittitur poteſt in ea procedere niſi Judex tertius, coram quo appellatum fuit à decreto reformationis inhibitionis, inhibuiſſet primum Judicem in-

inferiorem, tunc enim nequit procedere, eruntque acta attentata. D. Salg. *de Reg.* 2. *part. cap.* 17. *num.* 28.

Nota, quod si Judex, qui de appellatione cognoscit, sit Delegatus, etiamsi detegat gravamen inferioris, non potest causam retinere, quia *cap. Ut debitus honor*, procedit tantum in Ordinario. Vid. Vestr. *in Prax. cap.* 9. *num.* 11. & 12. Et ideo solet apponi clausula in rescripto: *Quam, quas, & qua una cum suis incidentiis dependentibus, annexis, & connexis, & emergentibus, atque cum toto negotio principali.* Vestr. *in Prax. dict. cap. num.* 11. D. Salg. *de Reg.* 2. *part. cap.* 17. *num.* 10.

Esto se limita quando el gravamen es tal, que de su decision pende todo el negocio principal.

A similibus Decretis non datur appellatio, & sic quando pars appellat, respondetur: *Que se guarde lo proveido.* D. Salgad. *de Reg.* 2. *part. cap.* 17. *num.* 26. & 4. *part. cap.* 3. *num.* 218.

SENTENTIA DIFFINITIVA *confirmatoria.*

CHristi nomine invocato. Pro Tribunali ſedentes, ſolumque Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitivam Sententiam, quam ferimus in his ſcriptis: in cauſa, & cauſis, quæ prima, & in primo coram N. Judice, ſecunda, & in ſecundo, tertia, & in tertia, &c.

Deindè coram nobis in tali, ſeu veriori inſtantia inter F. ex una, & F. ex alia, de, & ſuper tali re, rebuſque aliis in actis cauſę, & cauſarum hujuſmodi latis, deductis, & illorum occaſione: Dicimus, pronuntiamus, decernimus, atque declaramus, male fuiſſe, & eſſe pro parte F. à Sententia N. Judicis appellatum, & ideo dicti N. Sententiam approbandam fore, & eſſe, prout hac noſtra Sententia approbamus, & confirmamus, & ita dicimus, pronuntiamus, & definitivè ſententiamus, non ſolum præmiſſo, ſed etiam omni alio meliori modo.

ILLUS-

ILLUSTRISSIMUS D. NUNCIUS ſubſcripſit, & ita pronuntiavit:
Ego N.

ET ſi cauſa eſt de ſui natura appellabilis, non debet Judex addere, verba illa, *Relaxat, & decernit, quodcumque mandatum neceſſarium*, nam hoc eſt attentare, & decernere executionem, pendente termino. D. Salg. *de Reg.* 1. *part. cap.* 6. *num.*48.

REVOCATORIA.

SI ſit duarum. Dicimus, pronuntiamus, & bene fuiſſe, & eſſe pro parte N. pronuntiatum, ſententiatum, & judicatum, & ideo dicti N. Sententiam revocandam fore, & eſſe, prout hac noſtra Sententia definitiva revocamus, ac inſuper Sententiam N. confirmamus.

DUARUM CONFORMIUM.

SI ſit duarum conformium, aditur, & attentis Tribus conformibus, quaſcumque li-

teras executoriales relaxamus; & relaxari mandamus, cum expensis, in quibus N. condemnamus.

Ad expeditionem executorialium debet citari pars victa. D. Salg. *de Reg.4.part.cap.1. num.42.* & debet fieri actorum reproductio, *num.48.* & quid continere debeant literæ executoriales, *num. 51. & seqq.* Si autem intercesserit longum tempus, veluti unius anni à die commissionis executionis usque ad executionem factam, vel faciendam, debet fieri partis citatio, cum relatione status negotii. D. Salg. *dict. 4. part. cap. 2. num. 2.*

QUÆ NON EST DUARUM conformium.

QUando appellatur à Sententia, quæ non est duarum conformium, dicitur: *Que se le otorga la apelacion con termino de quatro meses.*

EXECUTIVA, SEU DE REMATE.

DIXO: Que mandaba, y mandò ſe vaya, y proceda, y paſſe adelante en la cauſa, y remate de los bienes, y de otros qualeſquiera, que ſe hallaren tocar, y pertenecer al dicho F. haſta hacer entero, y cumplido pago à la parte de F. de tal cantidad, y mas las coſtas, dandoſe por el dicho F. la fianza de la *Ley de Toledo*, y para lo que en ella ſe diſpone.

Hæc Sententia non eſt appellabilis, & ſic quando appellatur dicitur: *Guardeſe lo proveìdo.*

Limit. Si contineat iniquitatem, aut injuſtitiam notoriam. D. Salgad. *de Reg.* 3.*part. cap.*9. *num.*20. *&* 4. *part. cap.*14. *num.*191.

La *Ley de Toledo* diſpone, que ſi la Sentencia fuere revocada en todo, ò en parte por el Superior, ſe bolverà la cantidad depoſitada, con mas las coſtas.

EXECUTIVUM MANDATUM.

QUE ſe dè, y deſpache mandamiento de execucion por tal cantidad, con mas las coſtas.

Si autem inter mandatum executivum, & exceptionem ipſam interceſſerit tempus unius, vel plurium annorum, requiritur partis citatio cum relatione ſtatus cauſæ. D.Salg. *de Reg. 4.part.cap.5.num.8.*

QUANDO CAUSA IN TRIBUNALI retinetur.

QUE ſe retiene eſte pleyto, y cauſa en eſte Tribunal, donde las Partes à la ſegunda Audiencia digan, y aleguen de ſu juſticia lo que les convenga. Si ſit de conſenſu partium dicitur: *Attento partium conſenſu.*

Si inferior gravavit, & à gravamine appellatum fuit, ſi detegatur gravamen fuiſſe injuſtum, retinetur cauſa, aliàs vero remittitur. D. Salg. *de Reg.2.part. cap.17.num.7.& 8.*

In causis executionis, tàm Pensionum, quàm Decimarum, Visitationis, quæ concernunt adimplementum operum piorum, vel morum correctionem, solutionis marapetinorum redituum census, aut aliàs vigore instrumenti, quod habet paratam executionem, pars condemnata subreptitiè, si forte commissionem alicui Judici extorsit, & actor pro reformatione hujusmodi commisionis habito recursu literas reformationis cujusdam Tribunalis obtineat, tunc cognita veritate, fit præsens Decretum.

Dixo: *Que reformaba, y reformò el Breve, y Commission despachada por este Tribunal para N. y las letras de inhibicion por èl despachadas; y remitia, y remitiò este pleyto, y causa à N. Juez, para que en ella proceda, y haga justicia à las Partes como hallàre por Derecho.*

ALIO MODO.

DIXO: *Que reformaba, y reformò la Commission ganada por N. la qual*

sea,

sea, y se entienda como si en la signatura de ella se huviera puesto la clausula, Non retardata solutione, visitatione, executione, &c.

Quando via executiva est turbida aliquomodo, in his casibus solet dici: *Expediatur commissio cum clausula siquid exequendum fuerit, exequatur*: vel non retardata legitima executione causæ apponitur clausula in literis desuper expeditis videlicet.

Dixo: *Que reformaba, y reformò las letras de inhibicion despachadas por este Tribunal, las quales sean, y se entiendan como si en la signatura de ellas se huviera puesto la clausula, Non retardata executione.*

Si Judex appellationis cognoverit Decretum denegativum executionis, vel addictionis, esse injustum; potest & debet ex integro exequi secundum formam suppositam in causis Pensionum.

Quando pars, quę habito recursu, obtinuit literas citatorias, & inhibitorias, quibus non utitur, & altera pars venit pro prosecutione causæ instando, dicitur: *Dèse mandamiento incitativo conforme à estilo.*

Vel

Vel poteſt præfigere terminum intra quod utatur literis, cum comminatione, ut cauſa alias ad Ordinarium, vel ad Superiorem devolvatur, & hoc eſt conforme, præcipuè ſi pars adverſa non vult uti incitativo, vel expenſas ejus ferre nequit. Pareja *de Inſtr. edit. tom. 1. tit. 3. reſol. 3. num. 40. cap. Sæpè, de Appellat. & ibi gloſſ.* verb. *Appellaverit, cap. Cordi, 1. de Appellat. in 6.* Rot. *in Antiq. Deciſ.* 2. Veſtr. *in Prax. in fortiori caſu, lib. 8. cap. 2. num. 4.* Path. *de Manuten. obſerv. 69. à num. 31.* Bon. text. *in leg. 36. tit. 5. lib. 5. Recopil.* D. Salg. *de Reg. 1. part. cap. 2. num. 147. & 148.*

JUEZ IN CURIA.

QUando prætenditur Judicem in Curia exiſtentem ante Sententiam definitivam gravaſſe, non expediuntur literæ appellationis, ſed fit ſimile Decretum.

Que à la primera Audiencia el Notario venga à hacer relacion, citadas las Partes, y en el interin no ſe innove.

Y hecha relacion, ſi el gravamen es de là

forma referida, se remite la causa, y procede como và dicho; y si no, se dà este Decreto:

Que se dèn, y despachen las letras ordinarias pedidas por parte de F.

DECRETO DE MANUTENCION.

EN la Villa de Madrid, à tantos de tal mes, y año, vistos estos Autos por el Ilustrisimo, &c. que son entre Partes, &c. dixo: Que sin perjuicio del derecho de las Partes, en el Juicio petitorio, y possessorio plenario, y en el interin, y hasta tanto que otra cosa se provea, y mande, debia de manutener, y amparar, manutenia, y manutuvo, amparaba, y amparò al dicho F. en la possession que ha estado, y està, &c. en la qual no se ha molestado, ni perturbado por persona alguna, y para ello se dèn, y despachen los mandamientos necessarios, con penas, y Censuras. Assi lo proveyò el señor N.

Quando ab hoc Decreto appellatur, dicitur: *Que se le otorga la apelacion quoad effec-*

effectum devolutivum non retardata executione, quoad suspensivum.

Notandum vero quòd si Judex inferior actori manutentionem denegaverit, potest superior, qui de injustitia cognoscit decreti, ex integro manutentionem dare, & exequi suum Decretum, quod dicitur. *Dixo*: *Que sin embargo de el Auto proveìdo por F. y sin perjuicio de el derecho que las Partes tengan, &c. manutenia, &c. ex integro, &c. à F.* *Quando petatur manutẽtio ex integro.*

Quando ab hoc Decreto appellatur dicitur idem, quod in superiori casu. D. Salg. *de Reg. 3. part. cap.4. à num.27.*

Limit. Nisi per inferiorem manutentio fuerit data, & executioni Decretum traditum; tunc enim secunda Sententia revocatoria est, & appellabilis, nullaque apponitur clausula. Gonz. *ad reg.8. Cancellar. gloss.6. à num.162.* D. Salg. *ubi proxim. à num.* 48. Et inde quæ adjecta sunt circa hoc in causis Pensionum, & Carlev. *de Judiciis, lib.* 1. *tit.*2. *disp.*8. *n.* 18. Post. *observ.*12. *num.*35. & *observ.* 107. *numero* 50.

Et

Et quamvis ex ſtylo Rotæ, videatur dicendum quòd Judex appellationis poſsit ex integro alii manutentionem dare, omiſſo mandato alteri dato per Judicem, à quo, ſeu illo tacite revocato per Judicem, ſecundùm Deciſsiones *à Poſth.* allegatas, debent intelligi quando mandatum de manutenendo fuit à Judice à quo prolatum, manentibus rebus in eodem ſtatu in quo erant tempore litis motæ, alias enim maximæ contrariarentur DD. & cum hoc fœdere conciliantur. D. Salg. *dict. cap.*4. *num.* 37. *&* 54. *& part.* 2. *cap.* 13. *numero* 186. Gonz. *ad reg.* 8. *gloſſ.*6. *num.*226. Ubi quod ſi Decretum affirmativum, aut inferioris non ſit executioni traditum, & poſteà Judex id revocaverit, poſsit ſuum ſecundùm Decretum exequi, ſi autem executum fuerit à Judice à quo, tunc datur appellatio ſuſpenſiva ab ejus revocatione.

DECRETUM ATTENTATORUM.

DIXO: *Que daba, y diò por atentado todo lo hecho, procedido, y executa-*

ta-

tado por N. Juez, y todo ello lo ponia, y puſo en el eſtado que eſtaba al tiempo, y quando el dicho F. apelò de ellas, ò en el tiempo, y quando debiò apelar, y que para ello ſe dèn los mandamientos neceſſarios de repoſicion en forma, &c.

Quando appellat pars dicitur: *Que ſe le otorga la apelacion quoad effectum devolutivum, non retardata executione quoad ſuſpenſivum.*

Quomodo ſit procedendum in articulo attentatorum, vid. Veſtr. *in Prax. lib.* 8. *cap.* 4.

El articulo de los Atentados ſe vè, y deſpacha de los miſmos Autos que ſe tranſportan del Juez inferior, y en èl muchas veces no ſe hace determinacion, quando en el negocio principal es tan clara la juſticia de la Parte, que es preciſo confirmar la juſticia del inferior; y ſe tiene por clara quando, ò conſta notoriamente, ò por confeſsion de Parte, ò por coſa juzgada, aliàs non facilè evitatur attentatum prætextu boni Juris. Loter. *de Re Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 13. *num.* 87. Y aunque aya Conſtitucion

Sy-

